tiones, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia praedictis simplicibus vel triplicatis, exactionibus, suspensionibus, ac aliis Juris praescriptione Terrestri, bello, conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec in dubio alioquovis evadendo. His mediis praedictis generalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Hoszowski et Więcławski Roant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemysliensibus Generosi Basilius Hoszowski ab una et Joannes Więcławski parte ab al-
1654 tera, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesentique Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Generosus Hoszowski suo et Generosae Magdalenae Drohojowska, praefatus quoque Generosus Więcławski itidem suo Generosae Magdalenae Hoszowska Consortium suarum legitimarum, pro quarum rati habitione cavent et se praesentibus inscribunt nominibus sibi mutuo et invicem una pars alteri seu ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Intercisam certam inter se Recognoscentes et praefatas Consortes suas, ratione Arendae bonorum villae Chraplice, item et aliarum certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta confectam scriptam manibus sui Recognoscentium propriis ab utrinque subscriptam in omnibus et singulis eius contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summae Octingentarum Flor[enorum]

quadraginta

quaginta florenorum polonicalium per Partem parti cum Successorib[us] vtriusq[ue] partis ob non complectionem Contentorum Inferius praefatorum et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quid[em] Vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro reliqua principali ex contentis Inscriptionis praefatae non complementum con[illegible] memorata Pars vna praemissa non tenens siue eius posteri, Ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense exhibere recessu suprascripto, quod ad respondendum spectat mediante semper in praemonitationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, rendere Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia constringit et obligat praesens. Illum Terminum primum peremptorium realiter omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum legatione citra vel extra Regnum servitio militari ac munimenta ad evictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vltra proximos Officij praefati Castren Capitan Praemysliens Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs, Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneq[ue] ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. His suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Drohojowski Szczawinskie Quiett.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Ca- 1054
pitan Praemysliens Generosus Thomas Christophorus à Drohojow Drohojow
ski Vexillifer Terrae Praemysliens sanus mente et corpore existens à ter-
ris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis prorsus exem

petitus